



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Ante absolute præuisa merita eligi ad gloriam prædestinatos: certum omnibus est, de eius vero electionis efficacia non item.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

QVÆSTIO III.

*De electione ad gloriam ante absoluta
merita prædestinati præuisa.*

¶ Vniuersaliori titulo, quam ab aliis solet, quæstio proponitur. De electione enim solum efficaci ante merita absolute præuisa magna contentione à Theologis nostris disputatur, ex quo Vasquez & Soarez, (duo illa Scholastici belli fulmina) tot post Hercules Scholasticorum veterum labores plus nobis vltra Theologiæ ostendentes super ea quæstione magno, & ingenio, & studio decertant; sed tamen vniuersaliori proponenda vîa nobis est: cum, vt nihil quod ad antecedentem electionem ad gloriam à Deo Patres tradiderunt omittatur: tum, vt eorum, quæ Vasquez, & Soaristæ ex scriptura, & Patribus pro sua quique sententia, & contra aduersam producant, æqua iudicis lance librentur. Quæstio autem de adultorum prædestinatione procedit: infantium enim paruulorum cum gratia Baptismi antequam rationis decedentium nulla merita sunt.

CERTAMEN I.

*Ante absolute præuisa merita eligi ad
gloriam prædestinatos: certum omnibus est, de eius vero electionis
efficacia non item.*

1. Sensus certe aliquo vero, & Theologico prædestinatos ante præuisa merita ad gloriam electos esse Theologo viro dubitare non licet: ita enim, & scriptura & Patres passim loquuntur vt vidimus ex scriptura d. 1. quæst. 2. cert. 2. num. 3. sine num. 6. & num. 7. toto. Dissecti insuper dicuntur absque vîlo ipsorum merito n. 5. & 6. ex puraque Dei misericordia, & gratuita voluntate, id quod Iacobi Prædestinatorum typo, & Esau reprobatorum exemplari, ac insuper massæ eiusdem partim in vasa honoris, partim in contumeliæ vasa pro figuli arbitrio electæ, dispositæ, Paulus explicuit ibi, & confirmauit. Ex quibus certum omnibus est omnino Prædestinatos ante omne ipsorum meritum ad gloriam, perpetuamque cum ipso amicitiam à Deo fuisse ex scriptura, Patribus ad ea scripturæ testimonia, liquido constare: quare, & electionem ad gloriam ante præuisa prædestinatorum merita à Theologis omnibus vero aliquo Theologico sensu admitti absolute debere, nec posse omni vero Theologico sensu à sano, & Catholico Doctore absolute negari sola est locutio quædam difficilis Augustini ex quæst. 2. ad Simplician. (de qua rursus certam. 4. fusius agetur) ad institutum efficacis electionis antecedentis merita prædestinati ad gloriam, quam, dum negare semel videtur: atque his iterum verbis: *non tamen electio, ad gloriam præcedit iustificacionem* (quæ vtique ex prædestinatione procedit,) *sed electionem iustificacio* (quæ post prædestinationem ordinæ naturæ est, & causalitatis intentionalis hac ratione probat. *Nemo enim eligitur, nisi iam distans ab eo, qui reijcitur: quæ nimirum distantia ante merita, ac demerita prædestinati, & reprobi non est: quare prædestinati ad gloriam ante merita electio vlla esse per Augustinum nequit: verum cum de efficaci electione ad gloriam ibi agat hanc vt summum ibi negasset. Secundo forte, etsi non ad rem ipsam, ad absolutam denominationem electionis, siue ad gratiam, siue ad gloriam vnius præ alio diuersitatem aliquam ex parte ipsorum (quam distan-*

tia nomine explicauit) ac præsupponi censuit.

2. Cæterum, verus sensus Theologicus electionis prædestinatorum præ reprobis ad gloriam, quo admitti ante præuisa absoluta prædestinatorum merita, à Catholicis cunctis Doctoribus electio cuiusmodi absolute debeat, speciatim, & determinate assignari non ita facile potest: si enim electionis antecedentis merita nomine intentionem solum salutis eorum velis significare, ab eius erga prædestinatorum gloriam efficacia, vt tunc supponimus, præscindendo: cum eam etiam erga reprobos salutem habeat Deus, nequit inde eorum præ reprobis electio asseri: cum sint in ea intentione salutis, & gloriæ reprobi prædestinati æquales: quare neque hi ab illis differere, vt ad proprietatem electionis vnius præ alia oportebat. Nec satis videtur efficaciam mediatorum per prædestinationem preparatus prædestinatorum accessus, quia prædestinatus, ac preparatus mediatorum efficaciam gratiæ voluntas ad gratiæ media, non autem ad gloriam se ulterius extendit, maxime in nostra sententia negante electione mediatorum propria finem amari. Tum etiam: quia ex intentione inefficacis tantum seria tamen, veraque suis efficacia media ad finem intentum adhiberi possit non ita est omnibus certum. Sed tamen ex dictis controuersia 7. & controuersia 6. de prudentia electionis ad gloriam prædestinati præ reprobo ante eius merita absolute præuisa verus, propriusque determinate sensus duplex facile inuenietur. Præter ex dictis controuersia 6. d. 3. q. 1. certam. 2. & 3. vbi iniquitatem serietatis, & propensionis in finem intentum, inefficacibus absolute intentionibus veris ostendimus, vimque vniuersalemque motiuam ad electionem mediatorum, vel sufficientem, vel efficaciam, vel vtrouque, iuxta maiorem, vel minorem intentionum inefficaciam serietatem, qua fieri poterit verosimilitudine, vniuersim taxauimus: inde enim dici recte, facileque potest: salutem, & gloriam prædestinatorum inefficaciter quidem, aut propensius, impensiusque inefficaciam mediatorum electionem, ac subinde ante eorum merita absoluta intentionem esse, quam reprobos salutem inefficaciter intendatur: ac proinde in intentione ipsa gloriæ prædestinati eius à reprobo ex parte Dei ante vîa merita absoluta illam intendens, claret diuersitas efficiens, ob quam prædestinatus præ reprobo ad gloriam electus ante præuisa merita eius iure iudicatur.

3. secundus verus Theologicus sensus electionis ad gloriam prædestinati præ reprobo ante illius absolute merita à scriptura Patribus, & Theologis cunctis admitti, atque admittenda, æque facili, atque, vt æquino, communior ipsis est, admissa æqualitate quoad serietatem & propensionem intentionis diuine erga vtriusque salutem nullaque in eo vtriusque diuersitate. Cum autem ex parte intentionis gloriæ profus æqualis tantum, nequeat discrimen necessarium, vt prædestinatus præ reprobo ad gloriam æque vtriusque intentionem electus sit, ac iure dicatur oportere ad mediatorum efficaciam electionem pro salute prædestinati, potius quam pro salute, & gloria reprobi ex ea intentione ortam, siue ad eius prædestinationem recurrere: eius vero accessus multo ex capite intentio illa, vel prædestinatio ex ea intentione orta, atque absoluta prædestinati merita antecedens, ipsius præ reprobo electio ad gloriam absolute est, & iure dicitur. Primo: quia prædestinatio, siue electio efficaciam mediatorum per scientiam medianam de eorum efficaciam directa ex intentione determinate salutis prædestinati, & gloriæ ipsius voluntas interpretatur est, vt vidimus d. 1. quæst. 2. certam. 4. num. 3. à medio, ac deinceps, quæ deficit respectu reprobi, cui, etsi æquali intentione, sufficientia solum auxilia ad salutem proponuntur. Secundo: quia eorum electione per scientiam medianam directam, seu necessitatem consequentem determinationemque, seu necessitatem consequentem aliquam, nimirum ad gloriam suam, Dei voluntate præquam, nimirum ad gloriam suam, Dei voluntate prædestinatus præ reprobo habet, vt vidimus ea quæstiones certam. 5. atque de prædestinati gloriæ Dei intendens cura affectiue maior, quam de gloriâ reprobi est eorum mediatorum electione, vt vidimus cert. 3. num. 7. Ac deum, tamen æqua intrinsece de vniuersique gloriæ intentione Dei sit, tamen respectu gloriæ prædestinati totam suam actiuitatem, & affectiuam motionem exercere de

facto, quin eius aliquid oriatur, dum ex scientia media de auxiliorum efficacia non, nisi auxilia efficacia præparat, prouidetque prædestinato Deo, scientiaque media de inefficacia auxilii sufficientis ex ea intentione detinetur, ne illud ipsi donet, cum tamen ex æqua intentione salutis, & gloriæ reprobis, similique scientia inefficacie auxilii sufficientis, quod ipsi donet, eius donatione non abstinere, nec scientiam mediam de efficacia auxiliorum aliorum, quæ eidem denegat expectat pro priori ad ipsorum electionem quam habiturus non est: itaque totas suas affectivas vires exercit, & in actu secundo electionis mediorum, ad quam Deum mouet respectu prædestinati, gloriæque ipsius, intentio illa explicat ac exercit, non autem respectu reprobi cuiusque salutis, vt illa ipsa quæst. 2. certam. 7. numero 3. dicebamus: cum respectu illius vis motiua ad efficaciam mediorum electionem intentionis illius oriatur, solumque materialiter & identice, non autem realiter formaliter præcedat: quare, tamen, secundum se præcisè sumpta, æqua respectu gloriæ vtriusque sit, vt se tamen, suamque affectiuam vim, & motionem in electionem maiorem ad finem explicat, exercit, & exercet, etiam ex parte actus primi prædestinati præ reprobo electio ad gloriam ipsius merita absoluta antecedens absolute est, ac merito nuncupatur.

4. Hoc itaque, vt minimum, sensu electione prædestinatorum ad gloriam ante ipsorum merita præuisa absolute dogmatice statuta: an eiusmodi antecedens prædestinationem, & merita electio prædestinatorum ad gloriam efficax sit de facto, esse possit aut debeat: apud Scholasticos Theologos dubitatur, in ea vero quæstione duplex tantum Scholasticorum opinio absolute altera affirmans, altera absolute negans absque ulteriori examine, & distinctione mentis Authorum referri solet: cum tamen sit in quæstione proposita dubium triplex. Primum: an electio absolute efficax prædestinati debeat prædestinationem, ac subinde merita absoluta prædestinati antecedere, secundum, an de facto ita antecedit? Tertium, an ita saltem possit antecedere? ex horum dubiorum in quæstione prædicta indistinctio, atque inaduerentia antecedentis electionis gloriæ ad merita prædestinati ab omni Theologia vniuersum ab eius efficacia, & inefficacia præcendendo admittit, à nobis explicata hæcenus, factum apud Authores est, vt tam pro affirmatiua, quam pro negante sententia tum multum, & indistinctum proluxit, aut horum, cum ex antiquis, tum ex Recentioribus Scholasticis sylabus textatur, dum Recentiores quemcumque electos ante præuisa merita, immo & ipsorum prædestinationem, prædestinatos absolute docentem legunt (vt omnes docere absolute debent cum non nisi ex intentione salutis absolute, & mediorum efficacia pro prædestinati electio esse queat siue efficax intentio siue inefficax asserenda sit) statim pro antecedente electione absolute efficaci ante merita prædestinati illum deservunt. Insuper eos Doctores Recentiores, qui de facto affirmant, quasi pro causa communi omnibus referunt omnes: cum tamen longe aliter alij, atque alij in quæstione de facto assument. Alij autem de facto affirmant, quia aliter fieri posse negant, atque ita necessario fieri debere arbitrantur. Alij vero fieri posse aliter fatentur, ita vero à Deo factum censent: eo etiam discrimine pro negante sententia de facto stare Doctores possunt: vt alij de facto intentionem gloriæ, siue electionem prædestinati ad gloriam absolute efficacem, & antecedentem ad illius merita negent: quia cum cum meritorum, ac subinde obtentionis gloriæ per illa merita libertate essent repugnare. Alij vero, quia, etsi cum ea amice iudicent componibiles, tamen à Deo habitam eiusmodi absolute antecedentem efficacem intentionem, seu electionem ad gloriam prædestinati iudicent non fuisse: Ego vero his notatis Doctorem pro alterutra parte ab alijs reatorum differentis, & sensibus distinctus procedam, nec tam longum, quam alij Catalogum pro alterutra quæstione prædicta parte proponam.

5. Et ex antiquis Scholasticis neminem pro alterutra sententia tuto referri posse censo. Non quidem pro affirmante, quia hi de electione prædestinati ad gloriam ante eius absoluta merita præuisa absolute disputant,

nulla absolute efficacia intrinseca ipsius antecedentis electionis ad merita absoluta prædestinati facta mentione, quin de antecedente absolute electione eius ad gloriam sensu à nobis explicato, atque ab eius absoluta efficacia, vel inefficacia præcedente sunt plane locuti, vt statim in S. Thom. pro ea sententia affirmante ex variis eius locis recitato ostendimus: sed neque pro negatiua sententia certa fide referri veteres Scholastici possunt, quin facile de executiua Dei, & collatiua voluntate gloriæ prædestinato (quæ ex fide non, nisi propter præuisa merita, est) explicari possint, ac debeant. Debeant inquam: quia cum electione prædestinati ad gloriam non, nisi ob præuisa absolute merita constantius, expressiusque negant, de executiua, & collatiua gloriæ loqui se aptius produunt: quia electionem prædestinati ad gloriam absolute talem vero Theologico à nobis explicato sensu negare nequeunt: quin cum Theologis omnibus, tanquam dogma Theologicum vbiuis ea de re agunt admittunt: ergo pro affirmatiua sententia de facto electioni efficaci absolute gloriæ prædestinati ante eius absoluta merita præuisa, nec aliter haberi à Deo prædestinationem posse ni eiusmodi electio procedat, asserunt Bañez 1. part. q. 23. vbi etiam Zumel Nauarrete, Ripa, Nazarius, Albelda, ac reliqui Recentiores Dominici, qui in 1. part. S. Thom. scripserunt, & in decretis prædeterminatiuis, ac physicis prædeterminationibus actionum creaturarum contingentium Magistrum Bañez Ducem sectantur: cum enim media, seu auxilia efficacia ad gloriam contingentem per actiones liberas obtinendam prædestinatione à Deo exhibenda, intrinseca efficacia, ac proinde ad actiones liberas, & gloriæ determinate à prædestinato obtinendam determinata, ac determinata de se sint, nisi ex intentione efficaci absolute & intrinseca tali eligi à Deo, ac prædestinatione donari non possit consequenter censent: idque è simplici intelligentia, quam solum admittunt, vt patet ex his quæ diximus controuersia 6. de prouid. d. 2. quæst. 2. certam. 2. conclus. 1. & d. 3. quæst. 1. nempe ad prouidentiam diuinam erga causas naturales de se ad effectus edendos determinatas, & necessarias, atque erga eorum effectus, solam scientiam simplicis intelligentiæ, & naturalem inferuire, atque solam intentionem efficacem debere præcedere. Proinde suis hisce Thomistis Recentioribus consentit, ac reliquis (Bañez excepto) hac etiam in re præiuit Aluarez 1. de auxiliis d. 3. conclus. 3. citatur Scotus cum suis, sed fide non bona.

CERTAMEN II.

Omissis Thomistis sententia, & Patroni.

1. CVM Thomistis agendum hic non est, nec cum Scotistis aliquot Recentioribus, qui à suo Præceptore, & reliquis doctrinæ suæ consequentia deservunt, cum satis eorum fundamenta tom. 1. de Deo vno fuerint à nobis disiecta. Aliter longe affirmatiua de facto sententiam plures alij sequuntur, qui physicas nostrarum actionum prædeterminationes, decretaque prædeterminatiua reieciunt: quare, & scientiam mediam de conditionata contingentium nostrorum, vel implicite, vt ante Molinam Scholastici veteres omnes, vel explicite in terminis omnes scholæ nostræ Thomistica Iesuanæ, qui Molinam nostrum ea in re habent præceptorem: quorum acuratum & copiosum elencum posuimus tom. 1. de Deo vno controu. 2. de scientia, & præsertim controu. 3. de decreto diuino concurrendi ad liberas creatas operationes d. r. fere tota atque eos omnes redeginus ad summam. Ex his ergo non pauci affirmatiua sententiæ in quæstione de facto adherent, ita vero, vt mediorum, seu auxiliorum ad salutem extrinsecus solum, vt docent, efficaciam pro prædestinati electio, atque subinde prædestinatione absque

5. 3. absoluta